

seculi et abominatos nominet anti christum homines peccati qui in seculo secens extol-  
lens se super omne quod dicitur de .ij. Thessal. .ij. Non est intelligendum quod fides totaliter  
deficiat qui se apud aliquos fides ecclesie firma atque inmutabilis usque in finem seculi  
permanebit. Ita christus pollicetur se petro quem universalis ecclesie sine pastorem et vi-  
carium constituerat dicens. Et ego rogavi pro te petre ut non deficiat fides tua Luc.  
xxij. Ad secundam rationem negando assumptam quoniam ecclesia de vicis nunquam ita te  
fecit quod semper in ea aliqui essent iusti in quibus integra fides et caritas inviolata  
preservet. Scriptura ita absolute loquitur quod pro parte malo pro illo tempore paucissimi  
erunt numerus bonorum. Ad tertiam rationem negando pronuntians et ad dictum quod Luce  
xviij. habet rationem quod illud dictum est non quod oino fides sit defectura. sed propter pauci-  
tatem fidelium qui tempore antichristi erunt propter mariaz tribulatos qui tempore illo vigebit.

**De secundam questionem qua queratur. Utrum fuit verum**  
quod mare et venti obedire christo. sic procedit. Et videtur quod non. quia res sine sensu et sine  
ratione non possunt dici obedire alicui. cum nec capere nec intelligere possint preceptum im-  
perantis. sed mare et venti sunt homines. qui non videntur posse dici obedire. Secun-  
do sic. Qui obediunt deo conformant voluntatem suam voluntati diuine. sed ista cum sint  
sine intellectu et voluntate non possunt dici conformare voluntatem suam diuine. et c.  
**Tertio. Obedientia est virtus moralis.** sed mare et venti non sunt capacia virtu-  
tis. qui nec possunt dici obedire alicui. In oppositum est evangelium. Respondeo dicendum  
sub ista questione quod mare et venti obedierunt christo. Ista pro parte patet ex evangelio.  
Pro cuius intellectu est notandum quod obedientia est duobus modis. Uno modo ut  
de virtute qua animas subijcit mandatis imperantis ut fiant. et hoc modo obe-  
dientia non cadit nisi in creatura intellectuali quae sola capacia est virtutis ut argue-  
bat. Alio modo dicitur obedientia operatio quae mobile vel subiectum statim excedit  
et sine quocumque repugnantia exequitur ordinem et dispositioem sui motoris sine princi-  
pium a seipso. et hoc modo est in omni creatura potentia obedientialis ad exequendum  
et operandum quicquid deus. qui immobilis manens dat cuncta moveri. et creatura or-  
dinaverit vel disposuerit. Unde psalmus. celum dicitur. Statuit ea in eternum et in seculum  
seculi preceptum posuit et non preteribit. Et infra. Ignes grandis mirum glacies spiritus  
pellis quae faciunt verbum eius. Et Amos .ij. dicit dominus. Mandabo serpenti et  
ipse tenorabit eos. et hoc modo dicuntur venti et mare obedisse christo sicut creatura  
suo creatori. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur quod ratio procedit de obedi-  
entia primo modo sumpta. licet dicat Albertus magnus super matheum. quod omnis  
creatura sensum habens naturalem quae imperium percipit et perficit creatoris quoniam in se  
sit insensibilis. Et ideo distinguit ysaac philosophus sensus naturales et aiales esse in  
rebus insensibilibus. hec Albertus. Ad secundam et tertiam rationes eadem est re-  
sponso. Loquitur ei de obedientia primo modo sumpta. nos vero de obedientia  
secundo modo capta.

**Domimca quarta post octavas epiphaniae. est euangelium**  
In illo tempore dixit iesus parabolam hanc. Simile factum est regnum celorum hominibus.  
Matth. xij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Primo. Utrum diabolus  
super remaneret zizaniam id est. hereses in agro dominico. Secundo. Utrum